Rochelycz centum sexag. gr. exceptis xv sexagenis, cum dominus noster concepit redimere municionem Nuenmarkt. Item dedimus quinquaginta sexag. gr., cum Bohemi fuerunt in terra. Hec sunt que fuerunt porrecta a nobis domini Rutheni manibus in tutorie vigore terrarum existentibus secundum mandati verba a reverendo domino abbati Pigaviensi litteraliter nobis expressa sub domini nostri marchionis nomine et racione.

Consequenter notandum de suo substitu[t]o videlicet Johanne de Plebenycz. Illi data fuerunt subsequencia. Primo IIII sexag. gr. pro curru expedicionis. Item recepit a Joseph judeo XVII sexag. et duas vaccas. Item recepit a judeo dicto Zcobyl et Ysaac XIII sexag. gr. Item recepit iterato a judeis jam nominatis IIJ sexag. gr. Et hec de judeis.

Sequitur de opilionibus, a quibus idem Johannes de Plebenycz pecuniam recepit. Primo a Petro opilione IIII sexag. Item a Tyczkone opilione IIJ sexag. et VIII gr. Item a Tyczkone opilione dominarum claustralium duas sexag. gr. Item a pastore civitatis recepit III fertones. Item a leproso VII fertones. Item a Tyczkone Hotenner IIII sexag. gr. et ab eodem avenam pro una sexag. gr. Item a Gebehardo carnifice III solidos gr. Item a Nycolao molendinario III sexag. gr. Item a Paulo Hennyngi et Petro de Mulda IJ sexag. gr. Item a Nycolao Hotenner unam sexag. gr. Item a Cunzcelino dicto Randecker III fertones. Item a pistoribus civitatis recepit II sexag. et IIII gr.

Item notandum, quod quadam vice quedam matrona cum suo marito debebant facere transitum per civitatem negocii causa. Isti fuerunt spoliati ad estimacionem VIII sexagenarum non a domino Johanne de Plebenycz, sed ab advocato suo substituto. Tantum de festo.

76.

Friedrich von Hunsberg, Hauptmann zu Freiberg, bekennt, daß Johann, Thytzko und Heinrich, die Söhne des Johannes Emmerich, den vierten Theil des ihnen zustehenden „Hovemoz“ an den Rath daselbst für 20 Schock Groschen und 54 Scheffel Salz verkauft haben. **1333 März 6.**

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Die beiden SS. an Pergamentstreifen, welche durch Lostrennung zweier Streifen vom untern Rande der Urkunde gebildet worden sind: 1. Vergl. Fig. 8. 2. (am Rande beschädigt) Wappen: Kübelhelm, auf welchem drei mit Federn (!) besteckte Stäbe befestigt sind. Umschrift: S. . . . Em . . . ici.
Gedr.: (Klotzsch und Grundig) Samml. verm. Nachr. 3,347.
Anm.: Vergl. No. 65.

Nos Fridericus miles de Hunsberg capitaneus in Vriberg recognoscimus tenore | presencium publice protestantes, quod honorabiles viri burgenses in Vriberg emerunt | justo tytulo empcionis apud Johannem, Thytzkonem et Heynricum filios Johannis Emmerici | quondam civis ibidem beate memorie pro vinginti sexagenis grossorum et pro quinquaginta quatuor modiis seu mensuris salis quartam partem modii curie, quod wlgariter dicitur hovemoz. De qua quidem quarta parte tam [p]ater[a]) quam filii tenebantur et dabant hospitali sancti Johannis extra muros Vriberg, ubi dicti burgenses supremi provisores esse dinoscuntur, singulis annis sex modios salis; sed in antea de bona volun-

76. *a) Loch.*